

2093

LITURGICI.

2094

que adgeniculantibus Episcopo et Canonico. Manus Pictoris in uniuersum parum abludit ab illa, quae magna illa *Wenceslai Biblia Vol. I. P. 1. col. 93.* relata ornavit, ita, ut nequidem *Ispidam* illam desideres, quae hic *fol. 127. p. 2.* infidet.

DCCCLVI.

R. 3312 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 325. f. per duas columnas caractere crasso, atro perscriptus, coloribus distinctus, et non uno loco literis initiorum et lemniscis marginum deauratis et picturatis ornatus est *Missale Romanum*. Sub finem inter Orationes diversas habetur *Oratio pro desiderantibus penitentiam* praefixa hac rubrica: *Si quis penitentiam petens priusquam sacerdos uenerit officio linguae fuerit priuatus, statutum est ut si ydonea testimonia hoc dixerint et per motus aliquos satisfaciat, sacerdos impleat omnia circa penitentem ut mos est. Fol. 298. p. 2.* haec legitur Clausula: *Anno ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo reuerendus in christo pater ac dominus dominus Benedictus abbas huius monasterij Lunelacensis hunc librum compleri fecit ac finiri per fratrem Jacobum kesser de wratislauia professum eiusdem monasterij. Finitus autem fuit in die sancti Othmari confessoris atque abbatis. Benedictus hic abbas teste Chronico p. 276. usque ad an. 1499. sedit et profuit. Dubium non est, primos Librorum*

Impressores ab eiusmodi Codicum Clausulis suas quoque mutuatos fuisse. Accedunt in praesenti *Sequentie per circulum anni, et Commune Sanctorum.*

DCCCLVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3310 XV. Folior. nunc 244. f. eodem modo perscriptus, miniatus, et literis initiorum picturatis ornatus pariter *Missale* est, primis tamen et ultimis membranis multatum. *Fol. 124.* sub finem Missarum de Tempore notatur annus 1498. Ante Canonem uisitur elegans Icon *Christi* cruci adfixi, et dextro latere confossi adstante *Maria* et *Johanne*. In fine accedunt *Profae*, sed magnam partem evulsa sunt. Thecae anteriori intus adglutinatum est Folium Sec. ut uidetur, etiamdum XV. gothicis typis excusum hoc titulo: *Sanctus Leuinus martyr et Pontifex contra Paralytim et podagram a fidelibus colitur sequenti die post Martini.* Tum de eo *Oratio, Secretum et Complenda.*

DCCCLVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3311 XV. Folior. 248. f. maj. eodem modo perscriptus et ornatus rursus *Missale* est, praevio *Calendario*, in quo ad 4. *Maji* miniatus *Florianus*, et ad 25. *Jul.* notatur *Anniverfarium*, quod an. 1488. sibi in Ecclesia *Lunelacensi* fat liberaliter instituit *Martinus Schrugkenmayer* sacerdos secularis

ris Salzburg. Dioec. nam, ait No-
ster, pro eadem oblatione Reve-
rendus in christo pater dominus do-
minus Benedictus Abbas monaste-
rij ejusdem decimas in Obernczell,
Swaykboff et pluribus aliis locis
monasterio predicto redemit et in
usum liberum redegit. Ante Ca-
nonem habetur Icon superiori
multum similis. Fol. 242. inter
Orationes diversas occurrit etiam
Missa de viginti quatuor Seniori-
bus, de quorum Cultu praeposte-
ro pluries dixi in his Commenta-
riis. Interdictum fuisse lapsu tem-
poris, liquet ex verbis in margine
subjectis: *Vacat de 24^o Seniori-
bus; ro enim vacat τεχνητων* olim

*Dederat manipulum tibi pontifex vdalrice,
En hoc quoque presens elegantis dextra manus
Gloriam ob laudis te sonorius attollentis
Exigat illud. donaria merces bona meritorum
Nomen. quod stirpe rivolat de Schönprun exiat
Hortor te intime fulcitum glorie presulem
Animis quo valeam. hunc fratrem in campo Mensio
Regule custodem signes crucifixe ihesu,
Dotis proficiat prosperis hic. sinu ossa colligens,
Virtus dum preualeat supernorum afflet odorem
Spiritus iste pie orans redeat ad dominum.*

Ut Saliare Carmen me legere pu-
tarim, e primis tamen Versuum
litteris adsecutus sum Scriptoris
nomen DEGENHARDVS, qui
stirpis de Schönbrun fuisse videtur
et Coenobita Lunaelacensis; id
enim vult Campus Mensio grae-
ciffans a Μην. Porro Missale ip-
sum hoc ordine procedit: Index.
Gloria in excelsis et Credo. Prae-
fationes aliquot per annum canta-
ri solitae. Canon. Missae pro Fe-

erat Librariis, veluti dicas: Scri-
ptum non reputatur.

DCCCLIX.

Codex membraneus lat. Sec.R. 3334
XV. Folior. 160. 4. luculente,
pulcreque perscriptus, coloribus
illustratus, et ante Canonem ele-
ganti Christi de cruce pendentis,
Matreque et Discipulo stipati pi-
ctura ornatus Missale est, exara-
tum, ut praefert, Anno 1453^{to}.
occasione Consecrationis Aedicu-
lae S. Udabrics Parochialis Eccle-
siae in Coenobio Monsee filialis,
eique Aediculae dicatum a Scri-
ptore, qui ita praefatur:

stis Domini, B. V. M. et quorum-
dam Sanctorum. Commune de San-
ctis. Agenda Mortuorum, ubi pe-
culiare istud, memoriam fieri Chun-
radi Abbatis loci, qui a. 1145. ob
defensa et vindicata Ecclesiae suae
jura trucidatus Beati titulum inter
suos retulit, et de cujus corporis
inventione, translatione, signis et
cultu in Chronico Lunaelac. an.
1748. 4. excuso passim agitur.
Preces vero de eo sic conceptae
sunt: